

Nombre :

Fecha:

Simulacrum Examinis Latinitatis Biblicae pro alumnis Philosophiae Seminarii Archid. Tigiwanaensis.

1. Abraham genuit Isaac Isaac autem genuit Iacob Iacob autem genuit Iudam et fratres eius.

2. exurgens autem Ioseph a somno fecit sicut praecepit ei angelus Domini et accepit coniugem suam.

3. et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda ex te enim exiit dux qui reget populum meum Israel.

4. ego quidem vos baptizo in aqua in poenitentiam qui autem post me venturus est fortior me est cuius non sum dignus calciamenta portare ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni.

5. et ecce vox de caelis dicens hic est Filius meus dilectus in quo mihi conplacui.

6. ambulans autem iuxta mare Galilaeae vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus et Andream fratrem eius mittentes rete in mare erant enim piscatores.

7. et ait illis venite post me et faciam vos fieri piscatores hominum.

8. beati estis cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me.

9. gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in caelis sic enim persecuti sunt prophetae qui fuerunt ante vos.

10. et cum oratis non eritis sicut hypocritae qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare ut videantur ab hominibus amen dico vobis receperunt mercedem suam.